SI voluntate tua fundum [35] tuum filius tuus venundedit, dolus ex calliditate atque inſidiis [36] emptoris argui debet, vel metus mortis vel cruciatus corporis imminens detegi, ne habeatur rata venditio. Hoc enim ſolum, quod paulo [37] minore pretio fundum venditum ſignificas, ad reſcindendam venditionem invalidum eſt. Quod ſi videlicet contractus emptionis atque venditionis cogitaſſes ſubſtantiam [38], & quod emptor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum [39] gerentes, ad hunc contractum accedant, vixque poſt multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum conſentiant pretium: profecto perſpiceres, neque bonam [40] fidem quæ emptionis atque venditionis conventionem tuetur, pati, neque ullam rationem concedere, reſcindi propter hoc conſenſu finitum contractum, vel ſtatim, vel poſt pretii quantitatis diſceptationem: niſi [41] minus dimidia juſti [42] pretii, quod fuerat tempore [43] venditionis, datum eſſet, electione [44] [jam] emptori præſtita ſervanda. Dat. Kal. Decembr. CC. CONSS.

De pecoribus pro pecunia in ſolutum datis.

9. Iidem AA. Domitio.

PRetii cauſa non pecunia numerata, ſed pro ea pecoribus [45] in ſolutum conſentienti datis, contractus non conſtituitur irritus.

De dolo.

10. Iidem AA. Severo.

DOlus emptoris qualitate [46] facti, non quantitate [47] pretii æſtimatur [48]. Quem ſi fuerit interceſſiſſe probatum: non adverſus eum, in quem emptor dominium tranſtulit, rei vindicatio venditori, ſed contra illum, cum quo contraxerat, in integrum reſtitutio competit.

De pretio non ſoluto, de compenſatione per errorem facta.

11. Iidem AA. Magnæ.

VEnditor [49] factum emptoris, quod eum tempore contractus latuit, poſt arguendo, non quod eo tempore ſcierit [50] quo id ageretur, & conſenſit, de dolo queri poteſt. Igitur cum patrem tuum, ut majus comprehenderetur inſtrumento pretium, quam rei quæ diſtrahebatur, eſſe convenerat, conſenſiſſe profitearis, propter hoc ſolum de circumſcriptione fruſtra queritur. §. 1. Sane, ſi placitum pretium non probetur ſolutum, vel in quantitatem debiti per errorem facti compenſari cautum fuerit: hoc reddi recte poſtulatur.

De eo qui urgente debito diſtraxit.

12. Iidem AA. Antiocho.

1 Huic legi conjunge leg. 8. J. *h. t. Novellam Romani.* Harmen. 3. *tit.* 3. 2 An mobilem? dicam ad *l.* 8. J. *h. t.* 3 Quod quidem tempore venditionis ſpectatur. *l.* 8. *in fin.* J. *h. t.* 4 Major annis ſc. vel minor, cum decreto tamen. *l.* 11. *infr. de præd. min.* 5 Beneficium hujus legis ſecundæ competit heredibus. 6 Ita ut nec dimidia pars veri pretii accepta ſit. 7 Beneficium hujus legis ſecundæ competit venditori, ut hic. An etiam emptori? dixi ad *l.* 1. §. *ſed ſi emerit.* 13. *ff. ſi quid in fraud. patron.* Cujac. certe negat beneficium hujus legis ad emptorem porrigi. 16. *obſ.* 18. Quo nomine reprehenſus a Roberto 2. *Animad.* 13. defenſus ab Anton. Mercator. 2. *not.* 13. Objectio poteſt ita concipi. Datur hoc beneficium in omnibus bonæ fidei contractibus. *l.* 3. *in fin.* §. *communia utriusque judicii.* datur ei, qui rem æſtimatam accepit. vid. *l.* 6. *infr. ſolut. matrim.* Ergo & emptori. *d.* §. 13. *l.* 46. *in fin. ff. de ſolut. & liberat.* An & ei qui permutavit? *d.* §. 13. an locatori? dixi ad *l.* 14. §. *de uſur.* An conductori? dixi ad *d.* §. 13. An tranſigenti? dicam *infr. hic.* An ei, qui fundum nimis æſtimatum in ſolutum accepit? datur: vide quæ not. ad *l.* 6. *infr. ſolut. matrim.* An in omnibus bonæ fidei contractibus? datur. *l.* 3. *in fin.* §. *comm. utriusque jud.* An dividenti? vid. *l.* 3. *ſupr. comm. utriusque.* An aliis etiam caſibus? vid. Molin. *quæſt.* 14. *de uſur.* An & in feudi conceſſione vel emphyteuſi, & adjudicatione facta creditori? Minime. Socin. *reg.* 2. *C. de reſcind. vend. An & quando locum non habet* 226. *& regula, venditio ultra dimidiam juſti pretii regulariter non valet* 436. Goth. Vide Anton. de Paydilla *h. l.* Et an in omnibus contractibus ſit admittenda, vid. Ant. Merend. *lib.* 1. *controv. p.* 34. 35. 36. 37. Caſpar. Roderic. *de Reditibus, quæſt.* 11. *n.* 15. *& ſeqq.* Anſ. Adde Pinell. *ad h. l. part.* 2. *c.* 3. *n.* 1. *& ſeq.* Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 288. *& vol.* 3. *deciſ.* 66. *& ſeq.* Joann. a Sande *deciſ. Friſic. lib.* 3. *tit.* 4. *defin.* 11. 12. Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 42. *n.* 5. *& ſeq. & deciſ.* 126. S. L. 8 Aliud enim dicendum ſtricto jure videtur, propterea quod venditor ſemper noſſe verum pretium rei ſuæ præſumitur. *l.* 15. *infr. h. t.* verum humanitas repugnat. *l.* 18. *in fin. ff. ſolut. matrim.* Quid? num id perpetuo verum eſt, ut ob inæqualem dimidii rationem reſcindatur venditio? negatur perpetuum. Ideoque dicitur non admitti reſciſſio, quotiescunque alienatio facta fuerit decreto judicis. *l.* 1. *infr. de prædiis decurion. l.* 2. §. *de fide inſtrum.* non admitti quoque poſt annos triginta. Sed tamen Harm. *ex Novell. Romani Cæſaris* 3. *tit.* 3. §. 80. *&* 83. refert actionem ex hac lege intra quadriennium inſtituendam eſſe: item non admitti propter auctum (a tempore venditionis) rei valorem. *l.* 8. *in fin. infr. h. t.* Mynſing. 2. *reſponſ.* 12. *n.* 30. vel ſi res juſſu teſtatoris ſit vendita. vid. quæ ſcripſi ad *l.* 49. §. 8. *ff. de leg.* 1. Tiraquell. *de retract.* §. 4. *gloſſ.* 1. *n.* 4. ſi tranſactione res alienata. idem *ibid. gloſſ.* 9. *n.* 107. *idem* Socin. *reg.* 226. *&* 436. adde *l.* 65. *ff. de cond. indeb. l.* 15. §. 3. *ff. de re judicata.* quod ultimum non probat Speculator *lib.* 4. *part.* 3. *rubr. de reſcind. vend. n.* 14. Movetur autem quod in tranſactionibus receptum ſit, ut pro modico magnum amittamus. *arg. l.* 8. *ff. de tranſact.* hoc etiam improbatur ab Imberto in enchiridio. Movetur *l.* 26. *in fin. ff. de verb. oblig.* adde *l.* 5. §. *de dol. mal.* Tiraquelli ſententiæ, uſus Galliæ & Edictum Caroli IX. accedit latum ann. 1563. teſte Papone 2. *Not. cap. de except. fol.* 628. Volunt etiam non competere beneficium hujus legis ei, qui rem alienavit cum juramento de re nunquam revocanda. *l.* 8. §. 3. *ff. de condit. inſtit.* Roland. a Valle 1. *conſ.* 59. *n.* 5. *& n.* 18. Socin. *d. loco.* ſed nec ei, qui ſciens verum rei ſuæ valorem deceptus ſit ultra dimidium juſti pretii. Cur id ita receptum? vide eundem *ibid. n.* 10. *& ſeq.* ſed nec ei, qui donavit emptori reſiduum pretii. (Galli appellant *la plus value.*) idem ſi ad publicum incantum, hoc eſt, publice & decurſis haſtis res vendita ſit. *l.* 6. *l.* 8. *infr. de remiſſ. pign.* ſi per judicem res debitoris creditori adjudicata. *l.* 15. §. 3. *ff. de re judic.* ſi ab alio quam ipſo rei domino, res ipſa vendita eſt: idem eſſe, ſi venditor renunciavit beneficio hujus conſtitutionis. *arg. l.* 14. *in fin. ff. de ædil. edict. l. ſi quis in conſcribendo.* 29. *ſupr. de pactis.* Socin. *d. reg.* 226. *&* 436. 9 Alternativum libellum & alternativam petitionem obſerva, venditionem reſcindi poſtulantis. 10 Acceptum. 11 Hæc particula, ut & *l.* 8. J. *h. t.* innuit, Non quarumvis rerum venditionem ob inæqualitatem pretii reſcindi, ſed immobilium; an & mobilium? Cujacius negat 16. *obſ.* 18. *in fin.* Molin. §. 22. *n.* 47. *conſuet.* hanc legem ait admitti in rebus mobilibus pretioſis duntaxat, non aliis. Quam ſententiam uſu Galliæ receptam, etiam adverſus minores, defendit Mercator elegantiſſime, *Notar.* 12. *in fin.* Robertus 2. *animadv.* 12. in omnibus rebus mobilibus locum habere ait. Fateor tamen propter rem vel ſummam minimam, reſtitutionem non concedi. *l.* 4. *ff. de reſtit. in integ. l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *ff. de dol. mal. l.* 54. *ff. de contrah. empt.* 12 Quid ſi chaſmate fundus periit, aut deterior caſu factus: non liberatur debitor: ſed aget emptor, ſi volet, ad ſupplementum juſti pretii. Abbas Sicul. *in c. cum dilecti.* 3. *extr. de empt.* Cremenſis *ſingul.* 84. 13 Non proprio venditoris arbitrio, nec ipſo jure reſcinditur iniqua emptio, ſed autoritate judicis intercedente. 14 Hanc legem, cujus uſus maximus & quotidianus eſt, repetiverunt accuratiſſime Cagnolus, Pinellus, & Meneſius. præter quos vide Rim. *Inſtit. quib. alien. licet vel non. in princ. n.* 142. & Aret. *ad* §. *actionum. n.* 7. *Inſtit. de act.* Crav. *conſ.* 7. Goza. *conſ.* 44. *n.* 15. Decium *ad l. fin. n.* 18. *ad fin.* §. *de pact. & ad l. quatenus. ff. de reg. jur.* rurſus *conſ.* 181. *n.* 4. *& conſ.* 210. 309. *&* 583. Socin. Jun. *conſ.* 50. *col.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 50. *n.* 15. *lib.* 2. Ant. Neguſan. *in tract. de pign. & hypoth.* 5. *part.* 1. *memb. n.* 42. Alex. *conſ.* 118. *n.* 6. *cum ſeq. vol.* 7. Tiraq. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 18. *n.* 64. *&* 66. *& ad l. ſi unquam. in præf. n.* 127. J. *de revocand. donat.* Bald. *in tract. de præſcript.* 26. *q.* 4. *part. princ. n.* 1. 8. *vol.* Socin. *reg.* 226. Boer. *deciſ.* 235. *n.* 4. Jo. de Anan. *conſ.* 33. *n.* 4. Jo. de Neviz. *conſ.* 89. *n.* 2. Jo. Crot. *conſ.* 12. & *conſ.* 120. *n.* 38. & *conſ.* 145. *n.* 4. Joan. Cephal. *conſ.* 210. *n.* 70. *usque ad n.* 77. *vol.* 2. Mod. 15 Idem in ejus liberis. *Syn. Baſil.* 19. *tit.* 10. *c.* 58. 3. Harm. 3. §. 80. 16 Datur electio emptori, ut vel fundum comparatum reſtituat, recepto pretio quod numeravit; vel venditori id, quod deeſt juſto pretio, refundat: & ita electio emptori auferri non debet a venditore, quantumvis rei ſuæ recuperandæ cupido. *l.* 8. *in fin.* J. *h. t.* 17 Juſtum pretium reducendum eſt ad tempus venditionis. *l.* 8. *in fin.* J. *h. t.* juſtum pretium rei non eſt ejus dimidium, ſed integrum & verum. adde quæ dixi ad *l.* 50. *ff. de furt.* vid. Forner. 2. *ſelect.* 19. Quod deeſt juſto pretio hic ſupplendum eſt, ideoque non audiendus eſt emptor dimidium juſti pretii offerens. At objicies illa: Harm. *d. loco.* ἀντιςρέφει, loquitur de emptore, τὸ περισσότερον τῦ ἡμίσεως: id eſt, quod deeſt dimidio, & ita judicatum refert Maſuerius apud Ferrarienſem *in forma libelli in cauſa venditionis* 37. *ſumma* 4. *in verbis, quæ & qualis, fol.* 317. ab ea ſententia videtur non abludere Robertus *d. loco cap.* 13. Mercator *d.* 13. notat mendum eſſe apud Harmen. legendum eſſe ex Novell. Rom. τὸ περισσότερον τῦ τιμήματ☉, hac proportione, ut ſi res digna viginti, vendita fuit octo; non ſatis ſit duo reſtitui, ut decem compleantur, id eſt, dimidia efficiatur, ſed duodecim, ut verum pretium, id eſt, ſummam viginti efficias. An eadem proportio in emptore? vid. Scholiaſtem Harmenopuli *d. loco.* vid. Mynſingerum 4. *obſerv.* 73. 18 Ob non dimidiam juſti pretii contractus reſcinditur: nec tamen ſatis eſt id, quod dimidio deeſt, ſuppleri, ut ſuperius dixi. 19 *l.* 7. J. *h. t. l.* 5. §. *de oblig. & action.* 20 *l.* 12. §. *de rei vindicat. l.* 35. J. *de donat.* 21 Princeps ſubdito invito a contractu cum eo inito recedere non poteſt. adde *l.* 7. J. *h. t.* 22 Non, ſi rem magno pretio comparavi, vili diſtraxi, ideo reſciſſioni locus dabitur. 23 *l.* 8. J. *h. t.* 10. *in fin.* J. *de diſtract. pign.* Goth. Vid. Goed. *de contrah. ſtipulat. cap.* 3. *num.* 120. Anſ. 24 Dolus contrarius bonæ fidei. 25 Bona fides in emptione exigitur. 26 Quid ſi a minore? diſtinguendum eſt, an ipſe, an cum decreto vendiderit. 27 Symmach. 2. *epiſt.* 85. *Vox juris & legum eſt, bonæ fidei contractum non reſcindi.* 28 *Synopſ. eod. cap.* 62. Harmen. *eod.* §. 85. 29 Harmen. 3. adde *l.* 63. *ff. ad leg. Falcid.* id eſt, pretium conventum & tantundem. 30 Mucatraulo. vid. Cujac. *ad l.* 4. J. *de jure fiſci.* 31 *l.* 3. §. *h. t. l.* 54. *ff. de contrah. empt.* 32 Propter metum talionis. 33 Vid. *l.* 3. §. *h. t.* 34 Vid. *ff. quod quisque juris. l.* 41. *ff. de reg. jur.* 35 Dixi ſuperius hanc legem pertinere ad res mobiles pretioſas, quales ſunt margaritæ, bona mobilia per averſionem vendita, emptio ſectionis nemorum. vid. Molin. 3. *conſuet.* 22. *num.* 47. 36 Dolus ex inſidiis probari debet: ex inſidiis. *l.* 6. §. *de dol. mal.* ἀπὸ ἐπιβȣλῶν. *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 3. *cap.* 46. qualitate facti. *l.* 10. *infr. h. t.* adde *l.* 4. *ſupr. h. t.* adde *l.* 10. 11. J. *h. t.* vid. *l.* 13. *ſupr. de tranſact. l.* 5. *ſupr. de his, quæ vi metusve.* 37 Subſtantia contractuum eſt, ſine qua non conſiſtunt. vid. *l.* 54. *ff. de contrahend. empt.* 38 Circumſcribere alius alium in emptione & venditione μετὰ φύσιν natura & jure poteſt. *l.* 16. §. 4. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 22. *in fin. ff. locati.* non tamen ultra dimidium juſti pretii, & hoc in majoribus: minor enim deceptus infra dimidium juſti pretii reſtituitur. 3. Harmenop. 3. §. 81. 82. *Synopſ. Baſilic.* 19. *tit.* 10. *c.* 64. Circumſcriptio porro hujusmodi non eſt dolus, ſed prudentia quædam œconomica in adquirendo conſiſtens. 39 Votum venditoris & emptoris obſerva. 40 Bona fides emptionem & venditionem tuetur. 41 Dixi ad *l.* 2. *ſupr. h. t.* Deceptio ad dimidium usque juſti pretii inter majores permiſſa: cum minore non permiſſa, ut ſupra dixi. Interdum tamen dominum deceptum in ſexta parte pretii, ſufficit: vel ſi per procuratorem vendidit. vid. Socin. *reg.* 226. 436. Bart. *in l. Societatem.* 76. *verſ. Arbitrorum. l. unde.* 79. *ff. pro ſocio.* vid. *l.* 3. §. *commun. utriusque judicii.* 42 De juſto pretio, vid. *l.* 50. *ff. de furtis.* 43 Augmentum rei venditæ poſt tempus venditionis emergens, reſtitutioni ſive reſciſſioni venditionis locum non facit. His adde quæ dixi ad *l.* 16. *l.* 23. §. *de uſur.* facit etiam ad quæſtionem augmenti & detrimenti monetarum, quoties de mutuo reddendo, vel reditu annuo præſtando in pecunia vel frumento agitur. adde Roland. a Valle 1. *conſ.* 49. 44 Dixi ad *l.* 2. §. *h. t.* 45 Vid. *l.* 17. J. *de ſolut. & liberat.* 46 Vid. *l.* 8. §. *h. t.* 47 Id eſt, vilitate pretii. 48 Imo æſtimatur. vid. *l.* 13. §. *de tranſact.* 49 Venditor de dolo emptoris tum queri poteſt, quum dolum tempore contractus ignoravit; quippe ſi dolum ſciens contraxit, non amplius ei ſuccurri poteſt: ſi vero pretium, de quo convenit, non ſolutum probetur, vel cautum fuerit, ut in quantitatem debiti per errorem facti compenſaretur, recte hoc reddi poſtulatur, *Synopſ. Baſilic.* 19. *tit.* 10. *cap.* 67. Goth. Vide hic Leonin. *emendat. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 2. Anſ. 50 Scienti & conſentienti non infertur injuria. *l.* 145. *ff. de reg. jur.*

Non

NOn idcirco minus venditio fundi, quod [1] hunc [2] ad munus ſumptibus neceſſariis [3] urgentibus, non viliore pretio, vel urgente [4] debito diſtraxiſſe contendis, rata manere debet. [Ab] illicitis itaque petitionibus abſtinendo, ac pretium, ſi non integrum ſolutum eſt, petendo, facies conſultius.

Si ſocer venditoris ementi denunciaverit, ne compararet.

13. Iidem AA. & CC. Nicæ.

SI major [5] annis vigintiquinque fundum diſtraxiſti: propter hoc ſolum, quod ementi, ne compararet, ſocer tuus denunciavit [6], emptionem [factam] a te reſcindi bona fides non patitur.

Si emptor pacto non ſatisfecit.

14. Iidem AA. & CC. Baſilicæ.

EA conditione diſtractis prædiis, ut quod Reipubl. debebatur, qui comparavit reſtitueret: venditor a ſe [7] celebrata ſolutione, quanti intereſt, experiri poteſt: non [8] ex eo, quod emptor non ſatis conventioni fecit, contractus irritus conſtituitur.

De quantitate pretii.

15. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P. P.

QUisquis major [9] ætate [10] prædia etiam [11] procul poſita diſtraxerit, paulo [12] vilioris pretii nomine, repetitionis rei venditæ copiam minime conſequatur: Neque [enim] inanibus immorari ſinatur objectis, ut vires locorum ſibimet cauſetur incognitas [13], qui familiaris [14] rei ſcire vires vel merita [15] atque emolumenta [ante] debuerat. Dat. 6. Kalend. Maj. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De ſubhaſtatione ob publicæ rationis neceſſitatem.

16. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Margillum [16] Vicarium Africæ.

SI [17] quos debitorum [18] mole [19] depreſſos neceſſitas publicæ rationis adſtringat proprias diſtrahere facultates, rei qualitas, & redituum [20] quantitas æſtimetur: nec ſub [21] nomine ſubhaſtationis publicæ locus fraudibus relinquatur, ut poſſeſſionibus viliore [pretio] diſtractis, plus exactor [22] ex gratia [23], quam debitor ex pretio conſequatur [24]. Hi poſtremo, ſub empti titulo, perpetuo dominii jure potiantur, qui tantum adnumeraverint fiſco, quantum [25] exegerit utilitas privatorum. Etenim periniquum eſt, ut alienis bonis ſub gratioſa [26] auctione diſtractis, parum accedat publico nomini, cum totum pereat debitori. Dat. 13. Kal. Jul. *Aquil.* Acc. Idus Januar. *Hadrumeti*, poſt Conſulat. TATIANI & SYMMACHI VV. CC. 391.

De his qui munera fuga deſtituunt, vel contractus furtim ineunt.

17. Impp. ARCAD. [27] & HONOR. AA. Meſſalæ.

HI [28] qui impoſita munera [29] civitatum [30] fuga [31] deſtituunt, vel ineundos furtim [32] exiſtimant eſſe contractus: intelligant ſibi [33] nihil hæc profutura eſſe commenta, & pretio [34] emptorem [fugæ conſcium] multandum eſſe quod dederit. Dat. 12. Kal. Sept. THEODORO V. C. CONS. 399.

De Palatinis.

18. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Neſtorio Comiti rerum privatarum.

VEſtium, auri & argenti, ſeu mancipiorum coëmendorum, ſi quando a privatis noſtris ea contigerit venundari, Palatini [35] ſciant ſibi copiam denegatam: pœna in eos amiſſionis pretii exercenda.

TIT. XLV.

QUANDO [36] LICEAT AB EMPTIONE DISCEDERE [37].

Re integra contrario conſenſu ab emptione diſceditur: re vero non integra, actus priori ſimilis requiritur. Sal.

1. Imp. GORD. A. Rufino.

RE quidem integra [38] ab emptione & venditione utriusque partis conſenſu recedi poteſt. Etenim quod [39] conſenſu contractum eſt, contrariæ voluntatis adminiculo diſſolvitur [40]. At enim poſt traditionem [41] interpoſitam nuda voluntas non reſolvit emptionem: ſi non actus quoque priori ſimilis [42] retro agens venditionem interceſſerit.

Per dationem arrharum res non deſinit eſſe integra, ſed per ſolutionem pretii deſinit eſſe integra. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Felici.

PErfectam [43] emptionem atque venditionem re integra tantum pacto & conſenſu [44] poſſe diſſolvi conſtat. Ergo ſi [45] quidem arrhæ [46] nomine aurum datum ſit, poteſt hoc ſolum ſecundum fidem pacti recuperare [47]. Sin vero partem pretii perſolviſti ad ea [48], quæ venditorem ex venditione oportet præſtare, magis actionem, quam ad pretii quantitatem [49], quam te dediſſe ſignificas, habes.

TIT. XLVI.

SI PROPTER PUBLICAS PENSITATIONES [50] VENDITIO FUERIT CELEBRATA.

Venditio ſolenniter facta ob tributa non ſoluta non revocatur, licet a debitore vel creditore tributum poſtea offeratur. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Materno.

VEnditionem ob [51] tributorum ceſſationem [52] factam revocari non [53] oportet, neque priore domino [54] pretium offerente, neque creditore ejus jura hypothecæ ſive pignoris [prætendente [55]]. Potior [56] eſt enim cauſa tributorum [57], quibus priore loco omnia bona ceſſantis obligata ſunt.

Venditio legitime facta non retractatur.

2. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Plotio.

SI [58] deſerta prædia, ob ceſſationem collationum, vel reliqua tributorum, ex permiſſu Præſidis ab his, quibus periculum exactionis tributorum imminet, diſtracta ſincera fide juſto pretio ſolenniter comparaſti: venditio ob ſolennes præſtationes neceſſitate facta convelli [59] non debet. Sin autem venditio nulla [60] autoritate Præſidis præcedente facta eſt, hanc ratam haberi jura non concedunt. Id itaque quod fruſtra geſtum eſt, revocari oportet: ita ut indemnitati tributorum omnibus modis conſulatur. Quæ omnia tractari convenit præſente [61] eo quem emptorem extitiſſe proponis.

Convento debitore, ac convicto ob publicas penſitationes non ſolutas, debet ſolennis celebrari venditio. Bald.

3. Imp. CONSTANTINUS A. Fauſtino [62] Præſidi Bæticæ.

SI [63] quis fundum, vel mancipium, [aliamve rem] ob ceſſationem tributorum, vel etiam ob veſtium, auri, argentique debitum, quæ annua exactione ſolvuntur, occupata, convento debitore, & apud

1 Ὅτι χρέων ἢ λειτȣργιῶν ἐπικειμένων πέπρακε: hoc eſt, non poteſt venditor hoc prætextu irritam facere venditionem, ſi dicat, ſe debitis aut oneribus functionum publicarum urgentibus vendidiſſe. *Synopſ. h. t. cap.* 68. 2 Ita legerem hunc locum; quod hunc non viliore pretio, ſed ad munus ſumptibus neceſſariis urgentibus vel urgente debito: ut muneris voce, λειτȣργίαν intelligamus, debiti voce χρέ☉. 3 Venditio facta viliore pretio propter munus publicum, vel urgens debitum, non reſcinditur: ea tamen eſt cauſa, propter quam ſolet reſtitutio indulgeri. *l.* 16. J. *h. t. l.* 1. J. *de præd. decur. l.* 2. J. *ſine cenſu vel reliquis.* vide Cujac. 16. *obſervat.* 18. 4 *l.* 4. *infr. de pignor. & hypothec.* 5 *l.* 5. §. *h. t.* 6 Denunciatio ejus, cujus non intereſt rem vendi, venditioni non officit. 7 Venditio non reſcinditur ex eo, quod emptor non ſolvit tributum uti convenit. 8 Vide quæ notavi ad *l.* 1. *in fin. ff. h. t. & l.* 8. §. *de contrah. empt.* imo irritus conſtituitur. *l.* 6. *infr. de pactis inter empt.* 9 Quid ſi minor? reſtituitur in integrum, ut minor deceptus etiam infra dimidium. 10 Atque adminiſtrandis familiarum ſuarum curis idoneus comprobatus. *l.* 4. *C. Theod. de contrah. empt.* & ibi interpres. 11 Vid. *l.* 1. *ſupr. de contrah. empt.* 12 Venditio facta paulo viliori pretio non reſcinditur. *l.* 1. J. *de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* 13 Interdum tamen vires facultatum ſuarum quis ignorat. §. 3. *verſ. Prævaluiſſe. Inſtit. quib. ex cauſ. manumittere.* 14 Bonus paterfamilias rerum ſuarum noſſe pretia debet, etiam procul ſitarum, neque ferendus eſt, ſi dicat earum rerum æſtimationem ignoraſſe, cum eas venderet: ſuarum, inquam, quas ſcilicet diu poſſedit, diu tractavit, non de recenti habuit, vel adquiſivit. *arg. l.* 4. §. *de hereditar. act. l.* 10. *ff. qui & a quib. manumiſſi.* 15 Quatenus verum ſit quod hinc colligitur, ignorantiam virium ſui patrimonii non eſſe probabilem, vide Port. & Jaſon. *in addit. ad eum ad* §. *in fraudem. col.* 2. *Inſt. quib. ex cauſ. manum. non licet.* Socin. Jun. *conſ.* 73. *col. fi. li.* 2. Decium *conſ.* 583. Mod. 16 Ad Magnillum *l.* 10. *C. Theod. de fide & jure haſtæ. tit.* 17. 17 *l.* 3. *C. Theod. de fide & jure haſtæ. lib.* 10. *tit.* 17. 18 Qui debitorum mole oppreſſus diſtrahit, ſolo prætextu coactæ venditionis non juvatur. *l.* 12. §. *h. t.* juvatur tamen, ſi res ejus iniquo pretio venditæ ſunt. 19 Μεγέθει, magnitudine. *Synopſ. h. t. c.* 72. 20 Redituum ex quantitate quantitas veri pretii dignoſcitur. Id autem ex juſta & æquabili proportione fieri facile poteſt. vid. Molin. *de uſur. n.* 115. Ita rei reditus nota eſt ejus pretii. 21 Reſtitutio adverſus ſubhaſtationem iniquam, & fraudulenter initam datur. 22 Ὁ ἀγοραςὴς, emptor. *Synopſis h. t. c.* 72. 23 *l.* 3. J. *de jure fiſci lib.* 10. *tit.* 1. ex gratioſa emptione, *l.* 2. J. *de fide & jure haſtæ lib.* 10. *tit.* 3. gratioſa, inquam, i. e. iniqua. 24 Itaque quum æris alieni venditio publica ſit, verum pretium venditori præſtari oportet. *Synopſ. d. cap.* 72. 25 Id eſt, quantum res ipſa valuerit. 26 Gratioſa auctio, ut hic, gratioſa emptio. *d. l.* 2. gratia. *d. l.* 3. 27 Gratianus, Valentinianus, & Theodoſ. *l.* 8. *C. Theod. de contrah. empt.* 28 *l.* 8. *C. Theod. h. t.* 29 Munera civitatum, debita curiæ ſervitia & patriæ, Scholiaſtes *d. l.* 8. *C. Th.* interpretatur. 30 Civitatum, provinciarumque deſtituunt. *l.* 8. *C. Theod. de contrahend. emption.* 31 *l.* 51. J. *de decur. l.* 1. J. *ſi curial. rel. civit. lib.* 10. *t.* 37. 32 *l.* 15. *ff. de donat.* vid. *l.* 7. §. 2. *ff. de bon. damn.* & ita furtiva alienatio facta a curiali, refugiente onera ſuæ patriæ, revocatur. 33 Et ſe ad debita ſervitia revocandos. *d. Scholiaſtes.* 34 Caſum obſerva, in quo emptor cogitur rem emptam reſtituere, etiamſi pretium rei non reddatur. Idem fit in *l.* 11. §. *de his, quæ vi metusve.* vid. Cujac. 16. *obſ.* 13. 35 Palatini rem privatam Principis ſub Comite rerum privatarum adminiſtrant. §. *hic. in epigraphe.* ideoque Comites res Principis diſtrahere: Palatini Comitis res emere vetantur. Emere, inquam, citra auctionem. *l. ult.* J. *de fide & jure haſtæ. lib.* 10. *t.* 3. Sic tutor ex auctione pupilli res emere poteſt. *l.* 2. §. 8. *ff. pro empt. l.* 5. *ſupr. de contrah. empt.* 36 *L.* 18. *ff.* 5. *&* 3. Harm. 3. *c.* περὶ συμφωνίας. 37 Re integra utriusque conſenſu ſcil. 38 *l.* 2. J. *h. t. l.* 2. *ff. de reſcind. vendit.* integris omnibus. *l.* 58. *ff. de pact.* re nondum ſecuta *l.* 7. §. 6. *ff. de pactis.* nondum tradita. Fidejuſſoris datio impeditne quominus res ſit integra? non impedit. *l.* 95. §. 12. *ff. de ſolut.* ex contrario contractus eſſe poteſt ſine fidejuſſore. *l.* 12. §. *de contrah. empt.* Quid arrha? vide *l.* 2. J. *h. t.* 39 Vid. *l.* 80. *in fin. ff. de ſolut. & liberat.* 40 Nuptias excipe. *l.* 8. J. *de repud. & judicio.* 41 Vel poſt pretium ſolutum. *l.* 2. *ff. de reſcind. vendit.* 42 Rei interventu quæ contrahuntur, re debent reſolvi. Rei traditio reſolvit traditionem, nuda verba non reſolvunt. vid. *l.* 35. *ff. de reg. jur.* Conſenſus conſenſu tollitur, ut & verba verbis contrariis tolluntur. 43 Perfecta venditio & emptio intelligitur, ſimul atque de pretio convenitur. *Inſt. de empt. in pr. l.* 9. *ſupr. de contrah. empt.* 44 Mutuo ſc. non unius: cogitur enim venditor rem præſtare etiam invitus. *l.* 11. §. 2. *ff. de act. empt.* 45 *Synopſ. Baſilic.* 19. *tit.* 5. *c.* 22. 46 Quid? arrhæ datio num rem deintegrat, vel efficit, ut res non ſit integra? diſtinguendum eſt, Si datur, ut pars pretii, res non eſt integra. Eſt integra, ſi ut ſymbolum venditionis: vid. quæ not. ad *l.* 35. *ff. de contrah. empt.* ut pars pretii intelligitur dari, ſi aurum ſeu pecunia numerata arrhæ nomine detur. *l. ult. ff. de lege commiſſ.* Arrha non ut pars pretii datur, ſi aurum detur, ut hic, vel annulus. *l.* 5. §. 15. *ff. de inſt. act. l.* 11. §. 6. *ff. de act. empt.* Nec enim annulus in id eſt inventus, ut res ad inſtar pecuniæ reſtituat, cum id quoque poſſit accidere, majoris ut pretii annulus detur arrhæ nomine, quam res empta valeat. adde quæ not. ad *l.* 17. *ſupr. de fide inſtrum.* 47 Arrhæ condicuntur condictione ſine cauſa. *d.* §. 6. *l.* 3. J. *de act. empt.* adde *l.* 3. J. *de ſponſ.* 48 De quibus vide *l.* 11. *ff. de act. empt.* 49 Condicendam ſcil. emptor poſt illatam pretii partem eam condicere non debet: ſed agere ex empto. *d. l.* 11. 50 Penſitationes publicæ ſunt, quæ fiunt ob ceſſationem tributorum. *l.* 1. J. collationum. *l.* 2. J. *h. t.* veſtium, auri argentique debitum. *l.* 3. J. *h. t.* διὰ δημόσιον χρέ☉. 19. *Synopſ.* 13. *c.* 1. *l.* 52. *ff. de act. empt. & lib.* 10. *tit.* 21. J. *de capiendis & diſtrahendis pignorib. tribut. cauſ.* 51 Διὰ δημόσια χρέα. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 13. *cap.* 1. διὰ δημόσιον χρέ☉. 3. Harm. 3. §. 95. ob debitum vel debita fiſcalia. 52 Num biennii ad inſtar Eccleſiæ? *Novell.* 7. *c.* 3. §. 2. cui fiſcus comparatur. *Novell.* 6. num arbitrariam, cum dies non definiatur a lege? *l.* 21. *ff. de judic. l.* 1. *in fin. ff. de jure delib.* An ſex menſium, ex *l.* 10. J. *de annonis & tribut. lib.* 10. *tit.* 16. An triginta dierum, ut *l.* 5. J. *de erogat. milit. annon. l.* 7. *in fin. ff. de publican. & vectigal.* placet ſecunda ſententia. 53 *l.* 8. J. *de remiſſ. pign.* oratione tamen D. Marci & Commodi intra quinquennium poteſt dominus vindicare. Harmen. *d. loco.* Theoph. §. 14. *Inſt. de uſucap. Syn. Baſ.* 19. *tit.* 13. *ex lib.* 10. *tit.* 19. *cap.* 2. ubi tamen Scholiaſtes quadriennium tantum dari notat. Verum nova Zenonis conſtitutione, emptor ſtatim ſecuritatem conſequitur, nec rei nomine convenitur amplius, niſi per colluſionem & fraudem emerit. *Synopſ. ibid. l.* 2. *infr. de quadrienn. præſcr. l.* 3. J. *de jure fiſci.* ideoque Zenonis conſtitutio tanquam poſterior valere debet. Scholiaſt. *ibid.* 54 *l.* 2. J. *ſi antiquior creditor.* 55 Aliud erit, ſi ante rem venditam debitum fiſco obtulerit, & in ejus locum ſubſtitutus & ſubrogatus fuerit. *l.* 2. J. *de his, qui in prior. credit.* 56 Προτιμότερ☉ ἐςὶν ὁ δημόσι☉, omnibus potior eſt fiſcus. *Synopſ. &* Harm. *d. loco.* 57 In ipſis bonis ſcil. tributariis. An in aliis? non puto, niſi debitor ante fuerit fiſco obligatus. J. *h. t. l.* 2. J. *de privil. fiſc.* & ita intellige *l.* 1. J. *ſi antiquior creditor.* 58 Si quis res occupatas ejus, qui in tributorum ſolutionibus ceſſat, & apud judicem eo nomine interpellatus fuerit, publice comparaverit, firmiter eas retinet. *Synopſ. Baſil. h. t. c.* 3. 59 *l.* 8. *in fin. infr. de remiſſ. pign.* Goth. Hinc collige reſtitutioni locum non eſſe adverſus ſolennes ſubhaſtationes. *l. quæcunque.* J. *de jure & fide haſt. fiſcal. l.* 10. *t.* 3. Anſ. Adde *l.* 7. §. 5. *l.* 24. §. 1. *ff. de minorib.* & late Berlich. *deciſ. aur. deciſ.* 126. *& DD. ibid. num.* 5. & quæ not. Cenſur. Forenſ. noſtra, *l.* 4. *cap.* 44. *num.* 3. S. L. 60 Bona debitoris fiſci vendi non debent, ſine autoritate præſidis, alias res vendita revocatur. *l.* 2. J. *ſi vendito pign.* 61 In præjudicium poſſidentis nudo facto citra jus nihil agi poteſt, niſi eo præſente. Poſſeſſio etiam injuſta nemini auferenda ſine cauſæ cognitione. 62 Ad Egnatium Fauſtinum. *l.* 2. *C. Theod. de diſtrah. pignorib. lib.* 11. 63 *l.* 2. *C. Theod. de diſtrah. pignoribus.*

Judicem